Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26278
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Ecce isti impii & habundantes in seculo. multiplicauerunt diuitias.
Ergone frustra mundaui cor meum. & laui inter innocentes manus meas.
Et fui flagellatus tota die. & increpatio mea in matutinis.
Et dixi si narrauero sic. ecce generationem filiorum tuorum reliqui.
Et cogitaui ut intelligerem istud. labor est in oculis meis. Vrediges.
Donec uenia ad sanctuarium dei. & intelligam in nouissimo eorum.
Verumtamen in lubrico posuisti eos. deiecisti eos dum eleuarentur.
Quomodo uastati sunt subito. defecerunt consumpti sunt quasi non sint.
Quasi somnium euigilantis. dne in ciuitate imagines eorum ad nichilum
Quia contractum est cor meum. & renes mei resoluti sunt.
Et ego insipiens & nesciui. quasi iumen